



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,  
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm  
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum  
omnium**

**Tympe, Matthäus**

**Coloniae Agrippinae, 1617**

35 Conscientiæ puritati semper studere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

netorum & Praefinorum in vrbe Constantino-  
qua 40. ferè hominum millia perierunt: deinde  
in Vrbe Vrsinorum & Columniorum. Iouius  
Procopius.

## SIGNVM XXXV.

Conscientia  
puritati  
studere.  
Fr. Patrit.  
9. de Reg.  
nos. 20.

D. Ioan à  
Chokier  
Thes. Pol.  
lib. 3. c. 6.

● CONSCIENTIAE PURITATI  
semper Studere.

I. CVM Africano Maiori ad populū dies  
cesset, (peculatus enim incessèbatur, &  
ex præda Antiochi grarium defraudasse crim-  
retur,) *Hac die Quirites, inquit, Carthagini-  
Deo agenda sunt gratie.* Et prosequente vnice  
populo Capitolium conscendit, relicto iudice  
cum accusatore & præcone tantum. Et quæ  
culpam deprecari, & crimen facile amoliri  
tuisset, ac etiam Tribunitias iniurias propal-  
voluntarium tamen exilium subire maluit, &  
tentus sola innocentia & conscientie sententia  
absolutus. Ad eò magna vis est conscientie, ut  
hil timeant aut reformident ij, qui nihil ad-  
runt, quin potius in solida tràquillitate, & in-  
cussa fiducia versentur semper. Hinc Diogenes  
Philosophus interroganti quænam esset vici-  
licitas? Quæ, inquit, facit, ut mens & anima in  
peruo gaudio collocetur: hæc autem est ipsa  
scientia. Si enim actiones nostræ, quarum  
indiuia est comes, testis, & pedisequa, re-  
fuerint, hilaritatem & lætitiã nobis procreant.  
summã cum pari fiducia mentis tranquillitate.  
Hinc Seneca epist. 59. ait: *sapiens nunquã sine  
dico est: gaudium hoc non nascitur, nisi ex virtutis  
scientia.* Et epist. 27. *Sola virtus præstat gaudium  
patium, securum, etiam si quid obstat, nubium*

interuenit, qua infra feruntur, nec vnquam diem vincit. Et Plut. de cupid. diuit. Honestas ac virtus propriū tubar, magnamq; lucē habet in animo, & gaudio domesticū parit, siue videat aliquis, siue lateat omnes & Deos & homines. Cic. pro Cluent. Si optis amplum timorum consiliorum atq; factorum testis in omni theatrū est. vit a nobis conscientia fuerit, sine vilo metu summa cum honestate viuemus.

Cic. 2. Tusc. conscientia virtutis famo-  
tis amplum  
theatrū est.

2. Antoninus Imp. tantæ tranquillitatis semper fuit, vt vultū nunquā merore mutaret: idq; propter conscientia benefactorum. Capitol. Rectē ait Plato: Quicumq; potest se sustentare memoria & recordatione honestorum consiliorū & factorū, huic seper adest bona spēs ac fiducia, quæ est dulcis nutricula senectutis, vt Pindarus ait. E contrario, qui circumferunt contaminatam multis sceleribus conscientiam, subinde expauescunt, terrenturq; sicut pueri dormientes solēt spectris & portētis somniorum excitari.

Conscientia aculeis di-  
uexans  
mali.

3. Nero post interfectā matrē & præceptorē suū Senecā, sceleris sui conscientia (quanquā & militū, & Senatus, populiq; gratulationibus firmaretur) nec statim, nec vnquā ferre potuit, saepe confessus, exagitari se materna specie, verberib; furiarum, ac tædis ardentibus. Suet. c. 46. ait: Occisa matre vidit per quietē nauē sibi regenti, extortū gubernaculū, trahiq; se ab Octauia matre in arduissimas tenebras. Et modō pennatā ū formicarum multitudine oppleri, &c. Tandem dignū flagitijs & sceleribus suis vitæ exitū sibi ipsi fecit.

Vide Theat-  
rū histo-  
ricum.

4. C. Calpurnia nō plus quā trib; nocturnis horis quiescebat, ac nē his quidē placida quiete, sed pauida miris rerū imaginib; &c. Nā qui Deos tātopere cōtēneret, ad minima tonitrua commuere, caput obuoluere, ad maiora verō proripere se-  
citra.

è strato, sub lectum que condere solebat. Seneca  
50. & 11. Rectè ergo Seneca epist. 97. Multa  
tuna liberat pœna, metu neminem, &c.

5. Domitianus pauidus semper & anxius, mi-  
nis etiam suspicionibus præter modum commo-  
uebatur, & antequam interficeretur, Iunium  
stificum, quem innocentem occiderat, gladio  
venientem in somnis vidit. Xiphil. Suet. c. 14.

*Erue &  
scelerum  
faces.*

6. Cùm Alex. Magnus Clitum amicum per-  
mulentiam occidisset, tantos animi cruciatu-  
stinuit, vt exclusis omnibus arbitris & ami-  
iam sibi manus allaturus esset, nisi Anaxar-  
Philosophus superueniens impediisset, vari-  
alloquijs à præcipiti consilio reuocasset. Iustinus  
Plut.

7. Theodosius Imp. varijs animi tempestati-  
propter cædem in Theſsalonica vrbe manu  
suo patratam, maiorem in modum exagitaba-  
& Rufino familiari, qui illum alloquio solaci-  
tur, humi prostratus, lacrymasque fundens, tu-  
dem inquit: O Rufine, tu mea mala non sentis,  
lamentor & gemo calamitatem meam: quia te  
quidem & mendicantibus aperta sunt templa  
& proprium Dominum ingredientes licite ex-  
mibi verò ingressus ad eum non est: insuper  
cæli mihi sunt clausi: (erat enim à D. Ambrosio  
piscopo anathemate percussus.) Hæc dicens,  
gultibus verba singula interrumpēbat, neque  
uit, dum à D. Ambrosio nexu excommunicati-  
nis solueretur. Theod. hist. trip. 9. cap. 30. Re-  
ergo, inquit Ambr. epist. 18. lib. 5. Nullus maior  
dolor, quam is, qui peccati mucrone vulnerat  
scientiam, neque vllum grauius est onus, quam pec-  
torum sarcina & pondus flagitiorum. Et Plut.

Tranquil. *Facinorum conscientia, sicut vlcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit, assidue læcinantem & pungentem: & alias quidem curas doloresq; aufert, ipsam pœnitentiam creat, morsicantem cum pudore & a seipsa punitam.*

8. Quo die Theodoricus Veronensis Rex Gothorū *Conscientie*  
Symmachum Consulem Romanum & eius gene- *lanianus.*  
rum Boerium iusserat interfici, propter futiles  
suspiciones affectati regni, eodem die ministri  
regij apposuerunt in cœna, inter alia fercula, ca-  
put cuiusdam magni piscis. Theodoricus verò  
specie huius piscis ita est perterrefactus, vt exi-  
stimaret videre se caput interfecti Symmachi  
minitantis tristitia & dira. Hoc igitur spectro pro-  
pe exanimatus, mox secessit in vicinum concla-  
ue, & intra triduum mœsticia extinctus est. *Pro-*  
*cop. lib. 1. Crantz. lib. 3. Suecia c. 19.*

9. Michaëlem Paleologum Imp. Græc. afflictio  
animo & conscientia semper turbata fuisse scri-  
bunt ob innoctam à se Religionem, quam hoc  
consilio susceperat, vt Imperium ad suos liberos  
prorogaret, & tamen tam exiguam gratiã à filijs  
reportauit, vt honorem sepulturæ mortuo dene-  
garent. *Gregoras lib. 5.*

10. Bessus, apud Plut. *de fera Num. vind.* cum  
patrem suum necasset, diuque id scelus clam fuisset,  
postea temporis ad hospites quosdam cum i-  
uisset cœnatum, nidum quendam hirundinum ha-  
sta incussa deiecit, pullosq; interfecit: cumque ij,  
qui aderant, quærent, quam re impulsus, rem  
tam insolentem egisset? Nô, inquit, *auditis hirun-*  
*dines: falsò de me vociferari & testari, me patris*  
*mei esse interfectorem?* Mirati qui intererant huc  
sermonem ad Regem detulerunt, eoq; certis ar-  
gumen-

Fragm.

gumentis comprobato, poenas luit, suo iudice  
 accusatus. Nihil igitur verius illo Polybij: *Neque  
 neque testis tam formidabilis, neque iudex tam verus  
 quam conscientia, quae mentibus cuiusque insidet  
 inhabitat.* Vnde B. Iob c. 15. & 16. de scelerato  
 quit: *Vndique terrebunt eum formidines, & man-  
 pedes eius, & sonitus terroris saepe in auribus eius.*  
 Extremam certe improbitatis lineam attingit,  
 conscientiae testimoniū parū pendit. Pudet  
 conscientia, ait Xenophon lib. 5. *Cyropæd.* potest  
 sima sunt certissimaque facinorosorum flagella  
 in ipsa mente humana, inquit Chrysostr. *Conscien-  
 tiam.* Lazaro, tribunal quoddam à natura constitutum  
 ubi vnusquisque sui sceleris est index, testis, &  
 dex, vt cum ipse propriae culpae conscius, seipsum  
 capitis condemnet, poenam sibi postea à magistro  
 auctore inflictam iustissimam esse agnoscat.  
 Tertull. ait de conscientia, quam homini  
 imputato quasi indelebilem characterem impo-  
 nit Deus: *Potest obumbrari, quia non est Deus: esse  
 qui non potest, quia à Deo est.* Nā nubes aliqua  
 aulam potest obducere; sed prorsus non tollit  
 ipsa aulam tollit. Hanc ergo habeat Magistrum  
 consiliorum actionumque suarum ducem & re-  
 gistrum. *Nihil,* ait S. Bern. ser. 85. in Cant. *Hanc  
 clarior, nihil hoc gloriosius testimonio, cum veritas  
 in mente fulget, & mens in veritate se videt.*  
 vius Drusus cum domum in Palatio edificaret  
 architectus offerret ita se structurum, vt  
 ab arbitris & omni despectu esset: *Quin tu  
 inquit, si quid in te artis est, ita compone domum  
 meam, vt quidquid agam, ab omnibus inspicatur.*  
 Multum, ait Lactant. lib. de Ira Dei, *reserua  
 scilicet conscientia, si credamus nos in conspectu  
 viuere.*

vinere, si non tantum qua gerimus de super videri, sed etiam qua cogitamus aut loquimur audiri à Deo putemus.

Qui non est sibi malarum actionum conscius, is summum gaudium maximamq; animi tranquillitatem sentit. Hinc S. Paulus, 2. ad Cor. 1. ait: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientie nostræ.* Contra impij etiam in medijs delitijs angore cōscientiæ & maleficiorum pœna conficiuntur. Hinc Cic. pro Mil. *Magna vis est conscientie in vtriusq; partem, ut neq; timeant, qui nihil commiserunt; & pœnam ante oculos semper versari putent, qui peccauerint.* Scelerati & Tyranni ubique horrore concutiuntur, & quotidie maleficiorum conscientia cruciantur. Etiã species horribiles ipsis in somnis obijciuntur, quæ illos quasi furia scelerum vlerices, velut tædis ardentibus exagitant, & quocunq; mentem cogitationesq; contulerint, infestantur illosq; & scelerum recordatione & iudiciorum diuinorum metu conficiunt.

## SIGNVM XXXVI.

CONSILII, ET MONITIS A-  
liorum bonis libenter aurem præbere,  
malis verò non parere.

Consilij  
bonis parere,  
non malis.

¶ CVM multi bello capti venderentur, Philippus Macedo in auctione sedens, parum decore vel decore vestitus erat, Quidã igitur eorum, qui vendebantur, exclamavit: *Parce mihi Philippe, nam à patre (paternus) tibi sum amicus.* Philippus interrogavit, vndenam hæc amicitia constata esset. Tum ille: *Volo, inquit, pro-*

P 4

pius